


Heinrich Pauli    Mauritius Heine

## **De Renum et Vesicae Calculo, Theses Medicae, Ad Publicam Disputationem in almâ Rosarum Academiâ propositae**

Rostochii: Reusnerus, 1601

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729694267>

Druck    Freier  Zugang



H. Paulli  
R. U. med. 1601.



DEO OPT. MAX. AVX.

DE RENVM ET  
VESICAE CAL-  
CVLO,

Theses Medicæ,

AD PVBLICAM DISPVTA-  
tionem in almâ ROSARVM Aca-  
demiâ propositæ,

Quas

PRAESIDE

HENRICO PAVLLI,  
Med. Doct & Professore  
Ordinario,

tutabitur

MAVRICIVS HEINE,  
Malchoviensis Megapol.

Fiet Disputatio in Auditorio magno, die 21.  
Novembr. hora 7.



ROSTOCHII

Excudebat Christophorus Reusnerus.

Anno M. D. CI.



DEO OPT. MAX. AVX.

DE RENVM ET  
VESICAE CAL-  
CVLO,

Theses Medicæ,

AD PVBLICAM DISPVTA-  
tionem in almâ ROSARVM Aca-  
demiâ propositæ,

Quas

PRAESIDE

HENRICO PAVLLI,  
Med. Doct & Professore  
Ordinario,

tutabitur

MAVRICIVS HEINE,  
Malchoviensis Megapol.

Fiet Disputatio in Auditorio magno, die 21.  
Novembr. hora 7.



ROSTOCHII

Excudebat Christophorus Reusnerus.

Anno M. D. CI,

Ex  
Bibliotheca  
Academica  
Rostochiana

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to contain several lines of text, possibly including a title or a list of items. Some legible fragments include "Vices Medicis" and "Rostock".



D. O. M. A.

THESIS I.



Quamvis in multis partibus, ut capite, corde, hepate, ventriculo, intestinis & articulis calculi inveniuntur, nullibi tamen frequentius proveniunt, ferociusque sæviunt, quàm in renibus & vesica.

2. Propterea vitium inde natum morborum albo omnes medici inserunt, & si renes laborant *νεφελίτην* Græci indigitant, si vesica, *λιθίασιν*.

3. Sed Latini simplici vocabulo destituti, illam calculum renum, hanc autem calculum vesicæ nuncupant, morbumque per causam & partem affectam conjunctim sumtas denotant.

4. Atqui, licet Græci nonnunquam *νεφελίτην* ad quosvis renum affectus, & *λιθίασιν* ad quamvis calculi generationem extendant, propriè tamen alteram tantum ad renum, alteram tantum ad illum vesicæ morbum restringunt, qui à calculo excitatur.

5. Dicitur itaque *νεφελίτης* renum, & *λιθίασις* vesicæ obstru-  
ctio à calculo facta, in qua urinæ excretio cum acerbò dolore impeditur.

6. Fit autem calculus ex crassa & viscida pituita ex cruditate procreata & cum sero ad renes vel vesicam deportata.

7. Non negamus unum & alterum ex reliquis humoribus, vel pus interdum, etiam aliquid materiæ suppeditare: verum ex illis sinceris sine beneficio renacioris pituitæ solidum calculum coagmentari vix credimus.

8. Quod si humor aliquis crassus solummodo est, nec visco colligante participat, tenues arenulæ ex eo producuntur.

9. Quæ (sive in propria renum substantia, sive in interiore cavitate nascantur, sive ex alijs visceribus in hanc deferantur)



2.  
pedetentim rursus sine molestia per urinas decedunt, vel fortè in  
cumulum coacervata copiâ saltem (sed non valide) vias urinarias  
obstruunt, & tum demum ingrandescunt, aut in coherentem  
massam coeunt, quando allabente glutine oblinuntur.

10. Quod autem doctissimus Fernelius putat, fabulum ex  
renibus delapsum omni calculo rudimenta imponere, suffragio  
nostro non comprobamus, cum aliorum rationes & experientia  
rem aliter demonstrant.

11. Ceterum efficiens causa est calor intensus qui humo-  
res exsiccat & obdurans cogit in lapides, & tanquam in fornace  
percoquit.

12. Interim tamen hoc nonnunquam praestat mitis calor,  
quando materia vel propter propriam tenacitatem, vel viarû an-  
gustiam; vel expultricis facultatis ignaviam diutius in renibus aut  
vesicâ commoratur.

13. Ex his jam facile apparet, cur inter calculos alij durio-  
res aut friabiliores evadant, nempe ob varium caloris gradum &  
moram, materiaeque naturam & mixtionem.

14. Hic diligentissime perpendendum, quod aliorum  
viscerum & imprimis hepatis intemperies calida non raro tenui-  
ores humorum partes resolvat, renesque magis incendat, atque ita ad  
calculi generationem non leves suppetias ferat.

15. Porrò, cum ex calculosis parentibus nati vix malum  
hoc effugiant, usitatum est insitam arenosam calculosamque consti-  
tutionem accusare; verum ea ad intemperiem vel angustiam par-  
tium aptissime reducitur.

16. Sed, quid de frigore statuunt autores? Rectissime in  
libro de renum dignotione responderetur, corpus vivum non ad-  
mittere tantam frigoris vim, quâ humores possint lapidescere.

17. Hæc est de capsis internis tum veterum tum recentio-  
rum sententia. Contra quam quomodo Theophrastus Paracelsus  
omnium medicorum & philosophorum arrosor & irrisor iniquis-  
simus obstrepit, hic silentio praterire non possumus.

18. Lapillus, inquit, quem ego Tartarum voco, non habet  
originem ex phlegmate coagulato, ut Hippocrates & alij dicunt,  
Aliàs enim in naso quoque oriretur, & omnes podagrîci eum in pe-  
diibus & articulis haberent.

Pro-

19. Profecto nisi quispiam sulcicia, mero inebriatus fuerit, spontè fatebitur, Paracellsum præ nimia sapientia insanire, Quis enim non videt nephritidem & arthritidem, mutua quadam societate per communem materiam aliquando connexas esse; sed in omnibus podagricis, aut in naso, lapidem propterea non generari, quod in hoc mucus, in illis omnis humor non sit satis idoneus, aut causæ agentis vim & sufficientem moram non adipiscatur?

20. Quis etiam non videt momum illum per Tartarum hic nihil aliud intelligere, quam pituitam, & imperitum vulgus in salebrosos monstrorum vocabulorum labyrinthos abducere, veteresq; medicos non de rebus ipsis, sed de vana nomenclatura in contentione arenam nimis procaciter provocare?

21. Quapropter illi Tartarum relinquemus, & ad causas externas properabimus. Harum præcipuæ sunt cibi multi, crudi, crassi, viscosi, difficiles, frixi, hepar recensq; calefacientes, ut panis azymus, recens, tostus: omnia animalia recens nata; carnes porcina, agnorum, vitulorum, & maximè horum capita; intestina, pedes: anseres, anates; columbi domestici; pisces frequenter sumti, anguilla, cancri, omnes cibi sale macerati & fumo exsiccati, pisa, rapæ, oryza, poma & pira fugacia, amyllum, lac, caseus, rhyemata.

22. Similiter nocet vinum immaturum, mustum, vinum calidius, aqua vitæ; cerevisia malè cocta, recens, turbida, ex polenta retorrída præparata; aqua limosa, per plúbeos canales derivata.

23. Insuper ad calculi causas refertur, otium, venus immodica & intempestiva, decubitus supinus, præsertim in mollioribus stragulis: dorsi juxta renes nimia refrigeratio, vel ejusdem à foco vel vestibus nimia calefactio: equitatio, vehemens exercitiu post cibum, animi commotio.      **SIGNA.**

24. Signa quæ nephritidem produnt varia sunt. Dolor circa renes gravis sentitur quamdiu quiescunt calculi: acutus vero (sed sine febre) cum illi ad ureteres detrusi propter magnitudinem, copiam, asperitatem, figuram angularem subsistunt, & ulterius in vesicam deturbari non possunt.

25. Verum ne colica nephritidis æmula quæquam in fratre pellicat, his notis fucus dignoscatur. Dolor colicus plerumq;

4  
sedem supra renes invadit, eamq; mutans in ventrem. mediana aut in omnem illius regionem murmure quodam circumvagatur, alvumq; occludit, ut ne flatus quidem exitum inveniat.

26. Contra nephriticus dolor infra renes descendit juxta ureterem ductus, fixusq; manens, loci non adeo amplū occupat.

27. Deinde in nephritide crus quod è directo affecti renis est, torpore languet, propter compressionem lumbalium musculorum & nervorum qui in cruris musculos expanduntur.

28. Præterea ventriculus propter communicationē peritonæi subvertitur, (sed non adeo graviter ut in colica) ac primum quidem pituitosa propter cruditatem; deinde propter dolores, vigiliæ, inædiæ, biliosa vomitu rejicit.

29. Simul etiam urina tenuis & aquea apparet, naturam sæpissimè stimulat, guttatim cū acrimonia quadã exstillat, interdum planè intercipitur. Sed vijs commodè referatis prædictus dolor cessat, & urina copiosa, crassa, cruenta profluit, multaq; arenulas aut lapillos secum deportat.

30. Sequuntur tandem signa lithiasis. In hac cum assiduo pudendorum pruritu urina communes notas habet, sed ferè semper crassa & mucosa est; in ipsa mictione repentè supprimitur, & resupino corpore rursus liberius emittitur; coles magno dolore torquetur, vesica distenditur; circa pubem & perinæum oberrans titillatio aut pondus incumbens percipitur; desidendi cupiditas comitatur, intestinum rectum prolabitur; deniq; immisso cathetere ipse calculus à chirurgis deprehenditur.

31. His notis concurrentibus nephritidem aut lithiasin investigare, nec solis arenulis (licet propensionem arguant) fidem adhibere convenit, quoniam aliquando à duriore calculo nulla, aliquando vero in hepatis æstu, causo, hæctica, quartana, lepra, citra peculiarem renū aut vesicæ noxam satis multæ excluduntur.

32. Nil minus color earum in dubium vocatur, quoniam non semper rubentes, sed etiam albicantes, (rarius tamen) à renibus procedunt. PROGNOST.

33. Qui ventriculum frigidum, sed hepar renesq; calidos habent faciliè calculo infestantur.

34. Lithiasis familiarior est pueris, senibus nephritis: quæ in his post 40 annum vix integrè curatur. Mu-

39. Mulieres minus obnoxie sunt lithiæ quam viri.  
 36. Renum calculi facilius dissolvuntur quam vesicæ.  
 37. Calculi majores, vel qui propria mēbrana inclusi vesicæ tenaciter adherēt, vel nunquā, vel summo cū discrimine eximūtur.  
 38. Calculi per intervalla sæpissimè recurring; & si inde vesica exulceratur, ea consolidationem difficillimè admittit.  
 39. Qui jam sæpius calculi tormenta subierunt, minus dolent quam qui primùm ijs subijciuntur.

C V R A T I O.

40. Non leve præsidium calculosis positum est in exacta victus ratione. Hæc enim, quando calculi fomitem penitus removere non licet, præproperas eius incurfiones commodè, & satis diu interdum retardat.

41. Itaque post leves deambulationes parcè sumatur cibus simplex, euchymus, facilis, flatuum expers, attenuans, iacidens, partiumq; intemperiem debitè corrigens. In tales usus præ alijs commendantur panes fecalini, non planè à furfure expurgati, vervecis, juvenci, capreoli, lepusculi, pulli gallinacii, turdi, turtures, palumbes, perdice, aviculæ sylvestres, vitella ovorum forbilitum, juscula carniū, prisana: aselli recentes, pescæ, funduli, lucij juniores: pruna, cappares, limones, fraga, cerasa acida.

42. Condimenta quæ ventriculi languor requirit, non sint valdè acris aut diuretica. Sufficiat cinamomum aut macis frustulatim concisa, seminq; anisi aut fapiculi modicè sumtum, ne urinas moveat; veluti fit in intempestivo usu radicū petroselinij, quas imperitum vulgus quotidianis cibus præservationis causâ sine iudicio copiosè incoquit.

43. Vinum bibatur tenue, hydromel Lituanicum, cerevisia mediocris notæ, modicæ ætatis, benè cocta & defæcata. Si talis aliquandò Bardensis existet, in hoc vitio non erit contemnenda.

44. Post hæc valdè expedit alvum facilem habere: Vel induratum electuario lenitivo, diapruno passulato, manna, semine cathami, & inprimis cassia cū mometo liquiritiæ leniter emollire.

45. Cū vero jam præsens malum vim infert, clysterem emollientem, mitigantem, & flatus sine vehementia cum facibus educentem injicere & pro rei necessitate reiterare convenit.

Mox,

AB.

46. Mox, si venæ plethora tument, atq; ex dolore vehemente inflammatio imminet, aperiatur vena cubiti lateris dolentis, aut vena poplitis pro conditione circumstantiarum.

47. Si deinceps corporis saburram magis inanire opus fuerit, augeatur cassiæ dosis, vel admisceatur aliquid Rhabarbari; vel exhibeatur Electuarium Indum vel Diaphanicon. in aqua vel decocto ononidis, Alcacengi, graminis, & similibus.

48. Corpore sufficienter expurgato, renum & uretèrum regiones butyro recente nõ salito, pinguedine anatis, oleo anethino, amygdalarum dulcium, oleo scorpionum inungantur: vel decocto, vel cataplasmate aliquo ex herbis emollientibus foveantur.

49. Tandem quæ calculum atterent & expellent, ut veronica, betonica, radix ononidis, pimpinellæ, semen genistæ, petroselinii, milium solis, saxifragia, pulvis leporisusti, sanguis hircinus, nuclei persicorum, ceraforum, amygdalæ amaræ, bacca Alcacengi, hederæ, oculi cancri, lapis Iudaicus, species lithontribi, Iustiniæ cum aqua petroselinii, saxifragiæ, syrupi de limonibus, de duabus aut quinque radicibus propinentur.

50. Chirurgi audaces, quos interdum fortuna adjuvat, abrotanum & nitrum in vino decocta exhibent.

51. Ex chymicis hic locum habet spiritus vitrioli, magisterium oculorum cancri, aqua & oleum therebinthinæ, oleum succini; spiritus juniperi.

52. In his tamen & omnibus alijs quæ insigni calore prædita sunt cavendum, ne continuo usu renum intemperie magis incendant, calculumq; duriores efficiant.

53. Hæc sunt usitata nephritidis remedia, quibus minus vulgare subiungere placet, nempe lapidem illum subviridem qui ex India allatus & à Christophoro à Costa descriptus, Nephriticus nominatur: quod carpo appetus copiosè urinam moveat, & mox arenulas calculosq; expellat, ac generari prohibeat.

54. Mirum hoc equidem est, artamen fidem aliquam meretur, cum hic quidam sit, qui lapidem illum aliquot aureis emptum, non propter pretium sed singulares in se probatas vires, carissimum habeat, sibiq; & suis tanquam insignem thesaurum reservet.

55. Restat calculus vesicæ. Hic eadem remedia sed semper prædictis validiora, & tandem chirurgorum manus flagitat.

F I N I S.



46. Mox, si vena plethora tument, atq; ex dolore vehementi inflammatio imminet, aperiatur vena cubiti lateris dolentis, aut vena poplitis pro conditione circumstantiarum.

47. Si deinceps corporis faburram magis inanire opus fuerit, augetur cassia dosis, vel admisceatur aliquid Rhabarbari; vel exhibeatur Electuarium Indum vel Diaphanicon. in aqua vel decocto ononidis, Alcacengi, graminis, & similium.

48. Corpore sufficienter expurgato, renum & uretèrum regiones butyro recente nõ salito, pinguedine anatis, oleo anethino, amygdalarum dulcium, oleo scorpionum inungantur: vel decocto, vel cataplasmate aliquo ex herbis emollientibus foveantur.

49. Tandem quæ calculum atterent & expellent, ut veronica, betonica, radix ononidis, pimpinella, semen geniffæ, petroselini, milium solis, saxifragia, pulvis leporis usti, sanguis hircinus, nuclei persicorum, ceraforum, amigdala amara; bacca Alcacengi, hederæ, oculi cancri, lapis Iudaicus, species lithontribi, Iustimiani cum aqua petroselini, saxifragiæ, syrui de limonibus, de duabus aut quinq; radicibus propinentur.

50. Chirurgi audaces, quos interdum fortuna adjuvat, abrotanum & nitrum in vino decocta exhibent.

51. Ex chymicis hic locum habet spiritus vitrioli, magisterium oculorum cancri, aqua & oleum therebinthina, oleum succini; spiritus juniperi.

52. In his tamen & omnibus alijs quæ insigni calore prædita sunt cavendum, ne continuo usu renum intemperiem magis incendant, calculumq; duriores efficiant.

53. Hæc sunt usitata nephritidis remedia, quibus minus vulgare subungere placet, nempe lapidem illum subviridem qui ex India allatus & à Christophoro à Costa descriptus, Nephriticus nominatur: quod carpo appetus copiosè urinam moveat, & mox arenulas calculosq; expellat, ac generari prohibeat.

54. Mirum hoc equidem est, artemen fidem aliquam meretur, cum hic quidam sit, qui lapidem illum aliquot aureis emptum, non propter pretium sed singulares in se probatas vires, carissimum habeat, sibiq; & suis tanquam insignem thesaurum reservet.

55. Restat calculus vesicæ. Hic eadem remedia sed semper prædictis validiora, & tandem chirurgorum manus flagitat.

F I N I S.







19. Profecto nisi quispiam sulticia rit, spontè fatebitur, Paracellsum præ nimia Quis enim non videt nephritidem & arthri- dam societate per communem materiam al- esse; sed in omnibus podagricis, aut in naso, non generari, quod in hoc mucus, in illis or- satis idoneus, aut causæ agentis vim & suffice adipiscatur?

20. Quis etiam non videt momum il- hic nihil aliud intelligere, quam pituitam, gus in salebrosos monstroforum vocabulorum cere, veteresq; medicos non de rebus ipsis, se- clatura in contentionis arenam nimis procaci

21. Quapropter illi Tartarum relin- externas properabimus. Harum præcipuæ su- crassi, viscosi, difficiles, frixi, hepar renesq; cal- azymus, recens, tostus: omnia animalia reces- cina, agnorum, vitulorum, & maxime horu- pedes: anseres, anates; columbi domestici; pis- ti, anguilla, cancri, omnes cibi sale macerati & rapæ, oryza, poma & pira fugacia, amyllum, lac

22. Similiter nocet vinu immaturum, dius, aqua vitæ; cerevisia malè cocta, recens, ta retorrída preparata; aqua limosa, per plûbe

23. Insuper ad calculi causas refertur, o- dica & intempeſtiva, decubitus supinus, præfe- stragulis: dorsi juxta renes nimia refrigeratio, vel vestibibus nimia calefactio: equitatio, vehem- cibum, animi commotio. SIGNA.

24. Signa quæ nephritidem produunt circæ renes gravis sentitur quamdiu quiescunt ro (sed sine febre) cum illi ad ureses detrusi g- nem, copiam, asperitatem, figuram angularem rius in vesicam deturbari non possunt.

25. Verum ne colica nephritidis æmula dè pelliceat, his notis fucus dignoscatur. Dolo

